AÑO 1.° DOMINGO 4 DE OCTUBRE DE 1846. NUM. 10.

PRECIO EN MADRID
Por tres meses..... 8 rs.
Por seis..... 15.
Por un año..... 28.

BOLETIN

EN PROVINCIA PORTE FRANCO.
Por tres meses.... 12 rs.
Por seis..... 23.
Por un año..... 44.

ECLESIÁSTICO OFICIAL DE LA DIÓCESIS DE TOLEDO.

Se publica todos los DOMINGOS con licencia de la Autoridad eclesiástica.

Bula del Sr. Inocencio XIII, dirigida á España, que debe tenerse muy á la vista.

INNOCENTIUS PAPA XIII.—*Ad perpetuam rei memoriam.*

Apostolici ministerii, quod nobis licet immerentibus, impossuit super ni dispositio consilii, ratio præcipue exigit, ut ecclesiasticæ disciplinæ in iis, qui in sortem Domini vocati sunt, aut servandæ aut ubi opus fuerit restaurandæ, juxta sacrorum canonum instituta, et Sanctissimas Ecclesiæ leges, et ordinationes omni studio advigilemus; post enim primi parentis lapsum semper ad inferiora nos deprimit humanæ mortalitatis infirmitas, et carnis fragilitate observantiæ vigor paulatim relaxatur; unde et de mundano pulvere religiosa etiam corda sordescere, et in ipso Agro Domini Spinas, ac tribulos itidem germinare quotidiana experientia edocemur; quod si noxia inde avellantur, et utilia plantentur, dubitandum non est, quin uberior, benedicente Domino, electi Sanctorum operum frumenti messis exurgat, omnisque populus in via Domini, prælucente clero, feliciter progrediatur.

§. 1. Cum itaque dilectus filius noster Ludovicus Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Belluga, et Muncada nuncupatus, Ecclesiæ Carthaginen ex concessione, et dispensatione apostolica præsul, in ipsis pontificatus nostri primordiis, nobis exposuisset nonnulla ecclesiasticæ disciplinæ rationibus, ac saluberrimis sacri æmmenici concilii Tridentini decretis haud quaquam consentanea sensim in diversis inclitæ nationis Hispanicæ locis obrepsisset, iisque, ut opportunum remedium abhiberetur á nobis, qaibus est commissa plenitudo solicitudinis, nedum ipse Ludovicus cardinalis, et Præsul, sed alii venerabiles fratres Archiepiscopi, et Episcopi regnorum hispaniarum humiliter postulassent; eorumque enixis precibus sua etiam studia, ac vota Charissimus in Christo filius noster Filipus hispaniarum rex catholicus pro ejus singulari pietate, et eximio christianæ religionis zelo, datis hac de re ad Nos pluribus literiis, conjunxisset; Nos congregationi particulari nonnullorum ex venerabilibus fra-

Bula del Sr. Inocencio XIII, dirigida á España, traducida al castellano.

INOCENCIO PAPA XIII.—*Para perpetua memoria.*

Exije principalmente el cargo del ministerio apostólico, que nos ha impuesto, aunque sin merecerlo, la razon del consejo supremo, que vijilemos con todo cuidad la observancia, ó en donde fuese necesario la restauracion de la disciplina eclesiástica, en aquellos que han sido llamados á la suerte del Señor, en conformidad de las sanciones de los sagrados cánones y santísimas leyes y ordenaciones de la Iglesia; despues de la caida de nuestro primer padre siempre nos deprime hácia las cosas de la tierra la enfermedad de la mortalidad humana, y hace que se relaje el vigor de la observancia la fragilidad de la carne; de donde resulta que hasta los corazones religiosos se manchan con el polvo mundano, y nacen en el campo mismo del Señor espinas y abrojos, cual nos lo enseña la cotidiana esperiencia; por lo que si se arrancan las plantas dañosas y se siembran otras útiles, es indudable que resultará, con la bendicion del Señor, una mies mas copiosa del escogido grano de santas obras, y que todo el pueblo marchará felizmente en el camino del mismo Señor, si va delante un clero distinguido.

§. 1.° Habiéndonos espuesto en los principios de nuestro pontificado, nuestro amado hijo Luis Cardenal de la Iglesia Romana llamado Belluga y Moncada Obispo de Cartagena por concesion y dispensa Apóstolica, que algunas cosas no pertenecientes á la disciplina eclesiástica ni conformes con los saludables decretos del sagrado y ecuménico concilio de Trento, se habian introducido insensiblemente en algunos lugares de la inclita nacion española, y habiéndonos pedido humildemente remedio oportuno, no solo el sobredicho Luis Cardenal y Obispo, sino otros venerables hermanos arzobispos y obispos de dichos reinos, á que se han unido las súplicas reiteradas y votos de nuestro carísimo en Cristo hijo Felipe rey católico por medio de sus cartas á Nos remitidas con este objeto, llenas de religiosa piedad y celo de la religion cristiana: manda